ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Nobilissime et Ampl.me Domine.

Ante menses scripsimus; et quidem rogantes aliquid: cui
generi litterarum promptissime respondere tua solet
humanitas. Petebam mihi famulisque diploma liberi
commeatus per solum Lovaniense territorium. Vtinam silen-
tij causa sit oblivio, vel incuria, excusata majoribus curis!
Vtinam litterae non perierint! Omnia libere potius in
causa sint, quam, quod sollicitus semper timeo suspi-
catur, Valetudo. Jam non publicas litteras, quibus
excusationibus meis, et securitati contra milites, consulatur, desidero: sufficit
privata epistola, quae sollicitudini affectus mei
medeatur. Hoc jam meum, hoc amicissimi u-
triusque PVTEANI est votum. Interim mitto
librum quem promisi, de Iurisprudentia Extempo-
rali. Is promittit Quaestionum, quae quotidie
novae, ob circumstantiarum concurrentium infinitatem,
occurrunt in Foro, dissolutionem ex dictis princi-
piorum Regularumque alia ex tempore, sine elabo-
ratione (ut vulgo fit) Commentariorum. Audax
quidem promissum: sed maxime probabile tibi,
cui tot summis rei effectum Ingenium, magno usu
et doctrinam exercitum, confecit, quicquid in
Arte minus est. Adjunxi alterum exemplar tra-
dendum (si placet) Amico istic meo Cl.mo Bossio,
olim Professori nostris Leydae, deinde Hagae Advocato,
viro etiam eruditissimo atque candore mihi probato.
Honorificentius illi munus erit te tradente, vel
mittente, quam si ipse per epistolam offeram.
Deum Cl. M. vero, valentem florentemque te nobis
servet.
Cultor et affectu tuus D. Tulden

Hug. 37.

Rd. 20. Jun. 1643.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3283

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3283

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3283

Nobil.^mo et Ampl.^mo V. ac Domino,
Dom. CONSTANTINO HUYGENS
Equiti, Toparchæ de Sulichem,
secretario Principis, etc.

met t'boeve bijgebuiergde
Boecken te Leijden Francq
inde Haeghe.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Tuldenus) 7
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3283